



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Punctum II. ad Deum Patrem Pete Lumen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

Punctum II. ad Deum Patrem.

Pete Lumen.

O Pater luminum! per charitatem tuam aeternam erga me, obtestor te, mentis meae tenebras discute, memoriam renova, intellectum illumina, voluntatem inflama gratiamq; copiosam largire, omnia peccata mea, dicta, facta, cogitata, omissiones, imperfectiones, & negligentias perfecte cognoscendi, detestandi, desistendi, & confitendi, emendandi, eorumq; occasiones sollicitè præcavendi. Aperi mihi, Domine, oculos animæ, ut videam voluntatis meae inconstantiam, carnis fragilitatem, propensionem ad malum, infirmitatē ad bonum, pericula mundi, retia diaboli; ut cautè deinceps ambulem, vitam seriò emendem, injuriam tibi illatam reparem, & gloriam tibi ablatam pro viribus compensem.

Punctum III. coram Christo Iudice omniscio, assistente hinc S. Angelo Custode, inde Diabolo accusante.

Discute mentem.

Examina à momento, quo evigilasti, usq; in presentem horam, quas primas cogitationes evigilans admisisti, quam alacritate surrexisti, quam

ferven-